



Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XLVII. Specificatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

CAP. XLVI.
Species.

Axioma I.

Species natura sua non recipit duplicationem, Wesenbec. 1. consil. 26. num. 10. & ideo ubi semel præstatur, non amplius debetur, etiam si sæpius à testatore sit relictum, l. plane 34. §. si eadem t. ubi Jafon num. 6. & 12. de legat. 1. l. huiusmodi 84. §. cum pater 6. ff. eod. Bart. in l. Lucius de legat. 2.

II.

Plus est in specie quàm in genere, l. 2. de V. S. l. ut Alphenus 87. eod. l. 1. §. apud Labeonem 2. ff. de ag. plur. arcend. l. item apud 15. §. ait Prætor. ff. de injur. Bart. ad d. l. 2. de verb. signif. per l. 1. §. 1. de offic. pref. & urb. quia quod specialiter declaratur, validius operatur, quàm quod in genere prædicatur, Bald. in l. 2. Cod. de serv. pign. dat. manumiss. cuius rationem optime illustrat Goedd. ad d. l. 2. de V. S. num. 6. ubi vid. ac generi per speciem semper derogatur, licet de genere in derogante specie mentio nulla fiat, cap. dudum 14. §. nos igitur. de præbend. & dignitat. in 6. cap. quamvis 38. eod. cap. generi 34. de R. l. in 6. quamvis enim genus potentia comprehendat speciem (quomodo animal potentia continet hominem, cum possit esse non homo) species tamen actu continet genus, quomodo omnis homo animal est. Vossius lib. 1. Inst. Orator. cap. 1. pag. 5.

III.

Species præcedentes declarant generalia subsequencia, l. quæsitum 12. §. idem respondit 43. de fund. instruit. l. si servus plurium 57. de legat. 1. l. fin. §. cui dulcia 1. circa fin. de tritic. vin. & ol. legat. l. nam quod. de penu legat. Felin. in cap. sedes de rescript. Hyppolit. Riminald. consil. 199. videbatur igitur. num. 104. volum. 2. quam regulam communiter in omnibus actibus ab Interpretibus receptam esse, dixerunt Decius consil. 76. & post eam Pantfchman. 1. quæst. 6. num. 76.

IV.

Extinctio rei obligationem ad speciem perimit, & à morâ & poenâ excusat. Sed obligatio ad genus, quod perire non potest, manet, etiam si absit difficultas illud comparandi. Perez. C. de canon. frumentar. urb. Rom. n. 6.

V.

Speciei debitor, e. g. administrator, depositarius &c. illam præcisè præstare tenetur.

Limita (1.) in eo, qui aliam ejusdem bonitatis indilatè ad manus habet. (2.) Depositarius frumento & re fungibili aliâ uti potest, & satisfacere tantundem reddendo; cedit enim hoc in commodum deponentis, siquidem potuisset diuturnitate frumentum corrumpi, quod hâc ratione salvum manet. Perez. C. de frumento urbis Constantinop. num. 10.

VI.

Species non mutant qualitates accidentales, §. ultimo. Institut. de jure personar. gloss. in l. ultima. §. quoties ad verb. anno de publican. & petigal. Sic diversæ possessionum causæ non constituunt diversas species, siquidem causæ ac tituli possessionum sunt res ab his separatæ, quemadmodum & aliæ causæ efficientes ab effectis distant, Wesenb. parat. de acquir. possess. num. 3. & num. ultimo.

CAP. XLVII.
Specificatio.

Axioma I.

Quoties species nova ad pristinam materiam reduci nequit, toties est specificantis. Quia sic materia habetur pro deperditâ, ergo ipsum quoque dominium sublatum censetur, utpote quod ita distingui nequit amplius. Exempla sunt in §. 25. Inst. de rer. divis. Conf. Köppen in usu pract. Inst. obs. 74.

Limita: modò specificans fuerit in bonâ fide.

II.

Quoties nova species ad pristinam materiam reduci potest, toties non fit specificantis, sed cedit domino materiæ; ita enim materiæ formæ prævalere videtur. Exempla sunt in supra alleg. §. 25.

Limita: nisi plus artis in confectionem speciei impensum, quàm ipsa materiæ æstimatio est.

III.

Quoties bona fides non adest in specificante, toties nec speciei dominium acquirit, nec impensas in specificationem factas recipit. ratio est in l. 53. ff. de R. J. quia qui scienter in rem alienam impensas facit, donasse videtur.

CAP. XLVIII.
Spes.

Qui spem emit, incertum quid emit, Borcholt. de V. O. cap. 2. num. 204. l. nec emptio 8. de contrab. empt. Unde Aristot. autore Diogene Laertio aliquando interrogatus, τί ἐστιν ἐλπίς; h. e. quid sit spes? respondit: γρηγοροῦν & ἐγυρνῶν, i. e. vigilantis somnium: fallit enim spes multis modis, etiam sapientissimos, Bald. in tr. schismat. quem posuit in rubr. C. si quis aliquis testar. prohibuer. cum lubrica sit, & ab incerto eventu pendeat, Pantfchman. 2. quæst. 5. num. 30. adeo ut ejusmodi spes de jure propè in nulla consideratione habeatur, Jafon in l. is potest. de acquir. hered. ubi dicit, quod non est jus, quod non fundatur in præsentî, vid. & Bart. in l. post emancipationem. §. illud de liberat. legat. qua de causa cum ejusmodi spes non sit considerabilis, multo minus erit æstimabilis, cum non sit jus formatum, Decius consil. 390. num. 11. Burlat. consil. 30. n. 49. sic compertum est, quod

(Bb) 4

qui